AUTHOR:

FRITZSCHE, FRANZ VOLKMAR

TITLE:

PARTICULAE OUDE USU SOPHOCLEO

PLACE:

ROSTOCHII

DATE:

1897

Master Negative #

92-80480-4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Fritzsche, Franz Volkmar, 1806-1887.

De particulae οὐδέ usu Sophocleo. Dissertatio inauguralis quam...scripsit Franciscus Fritzsche... Rostochii, typis academicis Adlerianis, 1897.

44 p. 24½ cm.

Thesis, Rostock.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 03/11/1992 INITIALS [illegible]

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

DE PARTICULAE *ΟΥΔΕ* USU SOPHOCLEO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRANCISCUS FRITZSCHE

GUSTROVIENSIS.

ROSTOCHII

TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS

MDCCCXCVII.

Referent: Professor Dr. von Arnim.

Kühner (gramm. graec. § 537) cum in eis locis, quibus particularum οὐδὲ et μηδὲ usum adversativum illustravit, affert Hes. op. v. 488 τῆμος Ζεὺς ὕοι τρίτῳ ἤματι μηδ' ἀπολήγοι μήτ' ἄρ' ὑπερβάλλων βοὸς ὁπλὴν μήτ' ἀπολείπων. censere videtur sententia μὴ ἀπολήγοι aut circumcidi vel resecari, aut prorsus tolli sententiam praemissam. nam haec docuit: „Die adversative Beiordnung besteht darin, dass Sätze, die in dem Verhältniss eines Gegensatzes zu einanderstehen, zur Einheit eines Gedankens verbunden werden; das Verhältniss des Gegensatzes ist von der Art, dass der im beigeordneten Satze ausgesprochene Gedanke den im vorhergehenden ausgesprochenen Gedanken entweder bloss beschränkt, oder gänzlich aufhebt; als: er ist zwar arm, aber brav; er ist nicht tapfer, sondern feig (Kühner l. l. § 526). At notio, quam efficiunt μὴ ἀπολήγειν minime resecat notionem pluendi ex analogia loci Ω 25 ἔνθ' ἄλλοις μὲν πᾶσιν ἑήνδανεν οὐδέ ποθ' Ἥρῃ ubi πᾶσι θεοῖς subtrahitur Ἥρῃ θεὰ et efficitur, ut Iunonem non numeremus in eis, quibus illud consilium placuerit; nedum altera alteram notionem tollat ex analogia Z 180

ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος οὐδ' ἀνθρώπων

non ab hominibus sed a deis prognata erat; immo dilatat, ni fallor, altera priorem notionem ut efficiatur „Jupiter sine intermissione pluat". Hesiodus enim, quo gravius optaret ne imbres intermitterentur, novam inde sententiam fecit eamque verbo ὕοι adjunxit; nos: möge Zeus Regen senden und zwar ununterbrochen.

At praecedit particulae μηδὲ sententia affirmativa![1]) sane; noli vero eam ob causam particulae vim adversativam tribuere; nam nisi inter notiones vel sententias particula οὐδὲ vel μηδὲ conjunctas ea necessitudo intercedit, ut altera priorem aut resecet aut tollat, propter sententiam affirmativam praemissam particula vim adversativam omnino non exhibet.

[1]) Francke: comment. de usu part. οὐδὲ et οὔτε Rintelii 1833 § 2. Ex his primum consequitur, ubi sententia affirmativa praecesserit, negativam, cum natura sua opposita sit affirmativae, non debere adjungi per οὔτε, sed disjungi per οὐδὲ, ut μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι, in qua causa οὐδὲ propriam vim oppositionis exserit.

Idem vir doctus altero exemplo, eoque Herodoteo illustrare sibi videtur (§ 537 b) particulam οὐδὲ apud scriptores ionicos et poetas graecos etiam sententia affirmativa praemissa copulativa significatione occurrere; profecto occurrit, et jure in his locis versus Hesiodeus op. 488 modo tractatus numeratur; neque vero sufficiunt quae vir doctus exscripsit verba Herodotea 1, 97 καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα οὐδὲ ὑπ' ἀνομίης ἀνάστατοι ἐσόμεθα: totum locum res flagitat καὶ οὕτω ἥ τε χώρα εὐνομήσεται καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα. οὐδὲ ὑπ' ἀνομίης ἀνάστατοι ἐσόμεθα. quem accuratius explorantem nec fugiet arta particularum (ἥ) τὲ (χώρα) καὶ (αὐτοὶ) conjunctio, neque verborum εὐνομήσεται et ἀνομίης oppositio. Quae cum ita sint non dubito, quin Herodotus, quod in unam sententiam οὐχ ὑπ' ἀνομίης ἀνάστατοι ἐσόμεθα contraxit, id praecedenti sententiae bipartitae opponere voluerit; nam ut ὑπ' ἀνομίης notioni εὐνομήσεται, ita ἀνάστατοι verbis πρὸς ἔργα τρεψόμεθα respondet. Itaque οὐδὲ non copulando conjungit sententias αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα et οὐδὲ ὑπ' ἀνομίης ἀνάστατοι ἐσόμεθα, sed opponendo adjungit sententiae bipartitae ἥ τε χώρα εὐνομήσεται καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα sententiam contractam οὐδ' ὑπ' ἀνομίης ἀνάστατοι ἐσόμεθα: efficitur igitur verbis Herodoteis idem, quod mutato ordine efficiunt οὐχ ὑπ' ἀνομίης ἀνάστατοι ἐσόμεθα ἀλλ' ἥ τε χώρα εὐνομήσεται καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα.

Non felicior fuit Ellendt [2]) in interpretandis et distribuendis locis Sophocleis particulam οὐδὲ exhibentibus. e. c. Ai. 1307

οὓς νῦν σὺ τοιοῖσδ' ἐν πόνοισι κειμένους
ὠθεῖς ἀθάπτους οὐδ' ἐπαισχύνει λέγων

potestatem copulandi, quam significet οὐδ', ex ea voce repetit, quam subsequitur particula, iudicans vim negativam, quae voci ἀθάπτους insit, ad ipsam sententiam pertinere praemissaeque sententiae negatae alteram sententiam negatam adjungi (s. v. οὐδὲ 2 fin.)

Non negaverim vim copulativam particulae; nam ut loco Hesiodeo supra laudato notioni pluendi notio „sine intermissione“ additur, ita hic vocula οὐδὲ efficitur, ut Agamemnonem non solum rejecisse Aiacem inhumatum, sed sine ullo pudore rejecisse comperiamus. Neque minus fieri potest, ut οὐδὲ copulativum voces ab ἀ privativo compositas subsequatur et ipsam potestatem copulandi ab ἀ privativo repetat. e. c. Ai. 223

οἵαν ἐδήλωσας ἀγγελίαν
ἄτλατον οὐδὲ φευκτὰν

particula οὐδὲ vi copulativa praedita est, quia ἀ privativo id tribuendum est quod notioni ἄτλατον notionem negatam οὐ φευκτάν copulando adjungi sinit, et quadrant ad hunc locum quae scripsit Ellendt l. l. „vocabula ab ἀ privativo composita negationes significando aequant.“

[2]) Ellendt: Lexicon Sophocleum curav. Genthe Berolini 1872.

Neque vero ex hujus loci analogia conjunguntur, ut ad Aiacem redeamus, ἀθάπτους οὐδ' αἰσχύνῃ, neque vocabulorum subsecutione ipsarum sententiarum conjunctio efficitur; immo cum Agamemno et prioris et alterius sententiae subjectum sit, non est dubium, quin jus et potestas copulandi e praedicatis repetenda sint et conjugenda ὠθεῖς οὐδ' ἐπαισχύνῃ, adeo ut, cum vox ἀθάπτους omnem vim negantem, quae ἀ privativo insit, absorbeat, et ne minimam quidem ejus partem verbo ὠθεῖς tribuat, particula οὐδὲ praemissae sententiae non negatae sed affirmativae alteram sententiam eamque negativam adjungat.

Facile perspicitur, qua causa commotus vir doctus vocis ἀθάπτους ἀ privativum presserit, non presserit idem ἀ vocis ἄβουλον O. R. 635

τί τὴν ἄβουλον, ὦ ταλαίπωροι, στάσιν
γλώσσης ἐπήρασθ' οὐδ' ἐπαισχύνεσθε γῆς
οὕτω νοσούσης ἴδια κινοῦντες κακά;

illic enim particula οὐδὲ vocem ab ἀ privativo compositam subsequitur, hic quinque voces intercedunt inter ἄβουλον et οὐδ'. At ut particula e. c. El. 1015

πιθοῦ· προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ
κέρδος λαβεῖν ἄμεινον οὐδὲ νοῦ σοφοῦ

quinque verba intermissa haud cunctanter quasi transilit ad priorem negationem petendam, ita Ellendtio particulam, si ἀ privativum „negationem significando aequat“, ad ἀ privativum petendum quinque verborum transitum parare licuit.

Tabulas Ellendtianas non satis fidas esse ut alio exemplo illustrem, vers. O. R. 871

μέγας ἐν τούτοις θεὸς οὐδὲ γηράσκει

affero, cujus particulam „magis adverbii quam conjunctionis significatione“ praeditam esse censet vir doctus „quemadmodum καὶ in sermone pergentium saepe non est „et“ sed „etiam“.“ (s. v. οὐδὲ 3.)

Quam significationem adverbialem Ellendt jure tribuit particulae e. c. O. R. 249.

ὑμῖν δὲ ταῦτα πάντ' ἐπισκήπτω τελεῖν
ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ τοῦ θεοῦ τε τῆσδέ τε
γῆς ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης·
οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον
ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν

et O. R. 296

ᾧ μή 'στι δρῶντι τάρβος οὐδ' ἔπος φοβεῖ

neque vero versus 871 particulae eandem vim tribuere licuit, quia adest notio, cui altera notio οὐ γηράσκει adjungitur et jure notiones summae potestatis et aeternitatis copulantur.

Itaque hic locus magis ad loci Ai. 223

οἵαν ἐδήλωσας ἀγγελίαν
ἄτλατον οὐδὲ φευκτάν

quam ad lo. O. R. 249, 296 similitudinem accedit; utroque loco non praemissa negatione particula οὐδέ infert notionem, quae coalescens cum vi negante particulae jure copulatur cum notione praemissa; neque remanet nisi ea diversitas, ut hae notiones negantis, illae affirmantis sint (Hartung: Partikeln der griech. Sprache I p. 204. positiver (!) Begriff).

Itaque cum particulae οὐδέ sive μηδέ vis nondum satis perquisita esse videatur, non inutile erit rei neglectae operam et studium navare; atque ea quidem via particulae naturam cognosci posse putavi, ut unius scriptoris usu particulae οὐδέ explorato, fundamentum quoddam ponerem, quo innixus ceterorum scriptorum reliquias observare possem. Sophoclem elegi. [1])

I.

Certant viri docti, utra particulae vis primaria sit, copulativa an adversativa. Quapropter ne illud probare neve hoc improbare viderer ex οὐδέ adjunctivo [2]) profectus sum, cum et copulativi et adversativi οὐδὲ id proprium sit ut adjungat ea quae sequuntur ad ea quae praemissa sunt. Atque ita rem institui, ut primum eos locos tractarem, quibus particula sententiam negatam deinde eos, quibus sententiam affirmativam subsequitur, denique quibus οὐδέ non respiciens ad praemissam quandam sententiam ea vi praedita est quam grammatici adverbialem dicunt.

Iam transiturus ad prioris generis locos, eorum ex numero versus Ant. 451 sq.

οὐ γάρ τί μοι Ζεύς ἦν ὁ κηρύξας τάδε
οὐδ' ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη
τοιούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισεν νόμους

promo, ut exemplo illustrem et quid particula adjungat et quo modo adjungat, denique quae ratio intercedat eis enuntiatorum membris, quae vulgo particula copulari dicuntur.

Loco exscripto priori sententiae negatae οὐ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε altera sententia negata adjuncta est ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη

[1]) usus sum editione, quam post Schneidewinum Nauckius paravit; fragmenta praebuit G. Dindorfius.

[2]) cf. Handii Tursellinum s. v. „et" p. 468: „grammatici hoc errore duci solent, quod huic particulae multiplicem significationem, quae semper una est, tribuunt et quod variam notionum formam et conditionem ad ipsam particulam transferunt".

τοιούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν οὐχ ὥρισεν νόμους. cujus vis negativa, ipsa ea negatione, quae particulae inest, efficitur; docet igitur hic locus particulam οὐδέ non solum particulae καί instar vi adjunctiva praeditam esse, sed praeterea vim negativam tribuere ei quod praecedentibus adjungit; apparet inde, ejusmodi esse debere id, quod particula ista adjungitur, ut vim negativam particulae suscipiat.

Quod non esset cur moneretur si particulam loci exscripti exemplo ubique sequeretur verbum, cui vis negativa particulae inclinaret. At perpauci sunt hi loci, cum copia sit eorum locorum quibus ut Tr. 501

καὶ ὅπως Κρονίδαν ἀπάτασεν οὐ λέγω
οὐδὲ τὸν ἔννυχον Ἅιδαν

desideratur in sequentibus, quocum coalescat negatio, quae particulae inest. Cujus loci particulam ex usu atque consuetudine conjunctionem dicimus, qua priori objecto Κρονίδαν alterum objectum τὸν ἔννυχον Ἅιδαν addatur. At accuratior ipsamque particulae naturam atque originem magis aperiens est altera ea interpretatio, quae τ. ἐ. Ἅιδαν objectum esse vult alterius cujusdam sententiae, diversae a priore sententia, explendae tamen illius auxilio.

Iam in media ea quaestione versamur, quo modo fiat ut οὐδὲ adjungat; nam si recte modo disserui, non tam particula οὐδὲ alterum objectum cum priore objecto conjungi, quam indicari priore particulae syllaba, quasi ne nimis praedicatum illud gravetur, novam incipi sententiam, grammaticisque sententiam desinentem οὐδὲ τ. ἐ Ἅιδαν repetendo λέγω ὅπως ἀπάτασεν explendam esse, quis est qui neget, loco hoc modo discripto et expleto ὅπως Κρονίδαν ἀπάτασεν οὐ λέγω δὲ οὐ λέγω ὅπως τ. ἐ. Ἅιδαν ἀπάτασεν illustrari quid priori quid alteri particulae syllabae debeatur, unique alteri syllabae (δέ) tribuendam esse vim adjunctivam sive conjunctivam, quam de ipsa particula praedicare solemus? Itaque missa vulgari interpretatione particula alteram sententiam adjungi contendimus sive totam atque rotundam ut Ant. 451 sive mancam atque imperfectam ut Tr. 501.

Denique ut videamus quae ratio intercedat sententiis particula οὐδέ copulatis, utraque sententia adeo totum quiddam efficit, ut neque prior sententia ulla re egeat neque altera priori supplendae serviat; immo suo utraque sententia argumento continetur, atque alio prior alio altera sententia. Attamen aliqua sententiae necessitudine conjunctae sunt et ita ad eundem utraque finem tendit, ut, quod efficere vult poeta οἱ θεοὶ τοιούσδε ἐν ἀνθρώποισι νόμους οὐχ ὥρισαν, id bipartitione adhibita efficiat, priore sententia de deis superis (Ζεύς) altera de deis inferis (ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη) mentione facta. Itaque cum ad cogitationem οὐδεὶς θεὸς .... ὥρισεν in auditorum animis fingendam tantum prior quantum altera sententia contulerit, sententiarum istarum par,

ut illustremus quaenam ratio eis intercedat, comparare licebit cum duabus ejusdem dimensionis lineis, quae, ubi altera alteri adjungitur, duplae dimensionis lineam efficiunt: nam adeo altera alteram sententiam dignitate vel gravitate aequare videtur, ut aequare solent sententiae particularum οὔτε—οὔτε vinculo commissae, neque aliud intellexerunt Athenienses, ubi οὔτε Ζεύς ... οὔτε Δίκη .... atque ubi οὐ Ζεύς ... οὐδὲ Δίκη andierunt, sed idem alio modo intellexerunt:

Iam ex multitudine locorum particulam οὐδὲ exhibentium eos seligamus, quibus ea alteri sententiae sive rotundae sive mancae cum praemissa sententia ratio intercedit, ut particularum οὔτε—οὔτε examen sustineant; cujus generis particulam grammatici copulativam statuere solent.

Ai. 439. [1])
El. 43, 433, 484, 500, 911, 922, 1249.
O. R. 32, 38, 414, 625, 899, 900, 1355, 1358, 1373, 1378.
Ant. 451, 453, 1021, 1026.
Tr. 146, 439, 501.
Ph. 281, 302, 417, 682, 693, 696, 905, 955.
O. C. 206, 451, 691, 696, 945, 1135, 1141, 1202, 1403, 1609.
frg. 197.2, 607.2, 608.2, 787.

II.

Sunt aliquot loci, qui primo obtutu eandem condicionem praebent, quam loci cap. I conscripti; perpendentes tamen priorem et alteram sententiam non effugiet, his locis non alterum quiddam idque diversum a prioris sententiae argumento, sed idem fere vel simile quiddam addi alteramque sententiam priori illustrandae vel interpretandae servire e. c. Tr. 356

τούτου λέγοντος τἀνδρὸς εἰσήκουσ᾽ ἐγώ
πολλῶν παρόντων μαρτύρων, ὡς τῆς κόρης
ταύτης ἕκατι κεῖνος Εὔρυτόν θ᾽ ἕλοι
τήν θ᾽ ὑψίπυργον Οἰχαλίαν, Ἔρως δέ νιν
μόνος θεῶν θέλξειεν αἰχμάσαι τάδε
οὐ τἀπὶ Λυδοῖς οὐδ᾽ [2]) ἐπ᾽ Ὀμφάλῃ πόνων
λατρεύματ᾽

non alia famulitia sunt τἀπί Λυδοῖς λατρεύματα, alia τὰ ἐπ᾽ Ὀμφάλῃ λατρ., sed eadem famulitia et Lydia et Omphalica dicuntur eo jure, quo Hercules tunc servituti Omphales Lydiae addictus erat. Item O. C. 502

[1]) tabula I. dissertationi affixa, locos exscriptos praebet.
[2]) L. οὔτ᾽.

οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας
ἔρημον ἕρπειν οὐδ᾽ ὑφηγητοῦ δίχα

Oedipus non duas corporis facultates negat, sed bis dicit, se sine comite ire non valere. Itaque poeta, quasi haud dilucide expressisse sibi visus sit id quod senserit neque quae sint τἀπὶ Λυδοῖς λατρεύματα, quid sit ἔρημον ἕρπειν satis intelligi putaverit primo audienti, denuo idem dicit, adhibens vocem magis circumcisam et acutam, ut sibi videtur, et ipse priorem vocem minus apertam altera voce praegnantiore interpretatur.

Cujus rationis interpretantis ut ita dicam, varii modi occurrunt; aut ut locis exscriptis notioni sive sententiae generali, notio sive sententia singularis additur

O. C. 429 — οἵ γε τὸν φύσαντ᾽ ἐμὲ
οὐκ ἔσχον οὐδ᾽ ἤμυναν

O. C. 1029 — ὡς ἔξοιδά σε
οὐ ψιλὸν οὐδ᾽ ἄσκευον ἐς τοσήνδ᾽ ὕβριν
ἥκοντα

O. R. 414 — σὺ καὶ δέδορκας κοὐ βλέπεις ἵν᾽ εἶ κακοῦ
οὐδ᾽ ἔνθα ναίεις οὐδ᾽ ὅτων οἰκεῖς μέτα

Ph. 1309 — τὰ μὲν δὴ τόξ᾽ ἔχεις, κοὐκ ἔσθ᾽ ὅτου
ὀργὴν ἔχοις ἂν οὐδὲ μέμψιν εἰς ἐμέ

Tr. 462 — κοὔπω τις αὐτῶν ἔκ γ᾽ ἐμοῦ λόγον κακόν
ἠνέγκατ᾽ οὐδ᾽ ὄνειδος

El. 639 — οὐ γὰρ ἐν φίλοις
ὁ μῦθος οὐδὲ πᾶν ἀναπτύξαι πρέπει
πρὸς φῶς παρούσης τῆσδε πλησίας ἐμοί

El. 630 — οὐκ οὖν ἐάσεις οὐδ᾽ ὑπ᾽ εὐφήμου βοῆς
θῦσαί μ᾽ [1])

aut ei, quod negatum est, additur cur vel quo jure negatum sit

Tr. 367 — καὶ νῦν ἥκει δόμους
ὡς τούσδε πέμπων οὐκ ἀφροντίστως, γύναι,
οὐδ᾽ ὥστε δούλην

Ai. 1103 — Σπάρτης ἀνάσσων ἦλθες οὐχ ἡμῶν κρατῶν
οὐδ᾽ ἔσθ᾽ ὅπου σοὶ τόνδε κοσμῆσαι πλέον
ἀρχῆς ἔκειτο θεσμός

O. R. 870 — οὐδέ νιν θνατὰ φύσις ἀνέρων
ἔτικτεν οὐδὲ μή ποτε λάθα κατακοιμάσῃ

[1]) quo loco Schneidewin-Nauck: „οὐδέ ist mit θῦσαι zu verbinden“ immo οὐδέ verbo ἐάσεις interpretationem addit adeo ut efficiatur: nonne per te licet i. e. tacente te sacrificare?

aut annectitur causa,

Tr. 357 οὐδ' ἐπ' Ὀμφάλῃ πόνων
λατρεύματ' οὐδ' ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος

aut ei, quod non accidisse dictum est, additur causa, qua cur non acciderit aperitur

O. C. 1663 ἀνὴρ γὰρ οὐ στενακτὸς οὐδὲ σὺν νόσοις
ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ'

aut instrumenta afferuntur, quae inserviant assequendis eis, quae priore sententia dicta sunt

Ant. 1020 κᾆτ' οὐ δέχονται θυστάδας λιτὰς ἔτι
θεοὶ παρ' ἡμῶν οὐδὲ μηρίων φλόγα

El. 433 οὐδ' ὅσιον ἐχθρᾶς ἱστάναι κτερίσματα
γυναικὸς οὐδὲ λουτρὰ προσφέρειν πατρί

aut additur id, cui assequendo serviant instrumenta, quae priore sententia enumerantur

Tr. 1016 καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι
οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον
οὐκ ἐπιτρέψει; ἒ ἒ οὐδ' ἀπαράξαι
κρᾶτα βίου θέλει;

aut ut vv. Ai. 1251 οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς
οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι.

El. 1015 προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ
κέρδος λαβεῖν ἄμεινον οὐδὲ νοῦ σοφοῦ

ea priori cum altera notione ratio intercedit, ut dijudicari nequeat, utra gravior sit et poeta cumulatione quadam uti voluisse videatur. Quos locos si quis capiti I tribuere maluerit, non obloquar, dummodo doceat utrumque par vocum non ejusdem notionis duas significationes esse, sed duabus rebus variis significandis servire. Ceterum hi versus non inutiler illustrant, quomodo vocis οὐδὲ vis copulativa ad vim interpretantem viam sibi muniverit. Nos alteram particulae syllabam vocibus „das heisst", „oder genauer", „oder besser" vertimus.[1])

[1]) cf. Kühner § 521, 2. Daher wird καὶ oft in explicativem Sinne gebraucht, indem an ein Wort oder einen Satz ein anderes Wort oder ein anderer Satz durch καί angereiht wird, der dazu dienen soll, das vorangehende Wort oder den vorangehenden Satz durch ein anderes Wort oder durch ein Beispiel zu erklären. cf. Handii Tursellinum sub „et" 5: saepissime fit, ut generali notioni adjiciatur aliquod nomen speciem et singularem rem significans (Hor. ep. I, 18, 54 saevam militiam puer et Cantabrica bella tulisti). sub „et" 6: latini saepe conjungunt duas sententias duoque nomina per „et" quorum alterum addit distinctiorem definitionem idque illustrat et explicative amplificat. cf. Hor. Sat. I, 10, 60. fuerit limatior idem quam rudis et Graecis intacti carminis auctor.

III.

Duo versus leguntur

Ant. 240 πρᾶγμ' οὔτ' ἔδρασ' οὔτ' εἶδον ὅστις ἦν ὁ δρῶν
οὐδ' ἂν δικαίως ἐς κακὸν πέσοιμ' ἔτι

O. C. 921 οὐ γὰρ φιλοῦσιν ἄνδρας ἐκδίκους τρέφειν
οὐδ' ἄν σ' ἐπαινέσειαν, εἰ πυθοίατο

quibus priori sententiae, ad factum quoddam pertinenti, altera sententia additur, qua ex illius facti fundamento conjectura quaedam exstruitur. Germani: und darum, so dass. cf. Handii Tursellinum s. v. „et" 19: sententiae conjunguntur per „et" quarum altera priorem definitius exponit, et id addit, quod ex hac consequitur, ut explicari possit „et ita, et sic, et tum", quemadmodum Graeci καί pro καὶ οὕτω. cf. Kühner § 519.3.

IV.

Transeunti ab eis locis, quibus particulae negatio praecedit ad eos quibus non praecedit prima tractandam se praebet copia eorum locorum, quibus praemissae sententiae affirmativae alteram sententiam oppositam esse sentimus. Quae altera sententia aut plena atque rotunda ut O. C. 996

τὸν αἴτιον
τίνοι ἂν οὐδὲ τοὔνδικον περιβλέποις

aut mutila est ut O. R. 949

πρὸς τῆς τύχης ὄλωλεν οὐδὲ τοῦδ' ὕπο,

ubi altera sententia οὐ τοῦδ' ὕπο mente iterando prioris sententiae verbo finito ὄλωλεν explenda est; non enim οὐδὲ notionem τοῦδ' ὕπο notioni τῆς τύχης, sed syllaba δὲ sententiam ὑπὸ τοῦδ' οὐκ ὄλωλεν sententiae πρὸς τῆς τύχης ὄλωλεν adjungit (cf. cap. I) et adversativam grammatici particulam statuunt quia ea sententiis intercedit ratio, quam logice adversativam dicimus.

Iam quaerentibus, quid sit illud, quo oppositio fiat et quomodo sententiae differant, quarum particulam οὐδὲ adversativam cognovimus ab eis, quibus οὐδὲ alteram sententiam priori sententiae copulando annectit veluti Tr. 501

καὶ ὅπως Κρονίδαν
ἀπάτασεν οὐ λέγω οὐδὲ τὸν ἔννυχον Ἅιδαν

certissimum judicium ipsa sententiarum forma praebere videtur: istis enim locis particulae enuntiatio affirmativa, his negativa praemissa est: itaque primo obtutu particula signum oppositionis esse videtur ubi affirmativa, signum copulationis, ubi negativa enuntiatio praecedit.

At fallax est hoc argumentum et Ellendt in primo suo ordine aliquot locos non recte interpretatus esse videtur nimis confidens Frankio sententiam negativam natura sua oppositam esse affirmativae contendenti (l. l. § 2, p. 6): neque enim ex diversa duarum sententiarum forma sequitur, ut ipsae sententiae altera alteri oppositae sint, immo haud raro et alii scriptores graeci et Sophocles ad enuntiationem affirmativam alteram enuntiationem copulando adjunxit forma negativa adhibita veluti

O. R. 871 μέγας ἐν τούτοις θεὸς οὐδὲ γηράσκει

ubi et potentia et aeterna dei juventus praedicatur (cf. VI); neque minus inaudita est ea poetarum dictio, qua quod sententia affirmativa protulit, id, quo fortius efferatur, denuo sententiae negativae committitur veluti

Ph. 209 βάλλει βάλλει μέ τοι
φθογγά του στίβον κατ' ἀνάγκαν
ἕρποντος, οὐδέ με λάθει·
βαρεῖα τηλόθεν αὐδὰ τρυσάνωρ

(cf. Nauckinn: Derselbe Gedanke bei fortwährendem Hören der Fusstritte in negativer Form wiederholt); adeo ut etsi utroquo loco alterius sententiae forma prioris sententiae formae opposita est, tantum absit, ut ipsae sententiae altera alteri oppositae sint ut eam potius ineant rationem, quam copulativam dicimus.

Aliquam igitur, eamque haud parvam locorum, enuntiationem affirmativam ante οὐδὲ exhibentium partem ad eum ordinem transferre debemus, qui congestos praebet locos ubi οὐδὲ copulationis signum est, quo fit, ut non sufficiat argumentum de sententia affirmativa praemissa dijudicanti, quibus locis particula οὐδὲ duas sententias oppositas conjugat.

Neque vero ad voces, quibus ut El. 997 γυνὴ μὲν οὐδ' ἀνὴρ ἔφυς Tr. 474 πᾶν σοι φράσω τἀληθὲς οὐδὲ κρύψομαι vocibus γυνὴ et ἀνήρ, φράσω et κρύψομαι sententiarum oppositio fit, recurrisse satis est, cum neque omnes loci particulam οὐδὲ adversativam praebentes vocum par exhibeant, quae, ut γυνὴ et ἀνήρ, φράσω et κρύψομαι natura sibi oppositae sunt, neque ex vocibus istis dijudicari possit, utrum poeta alteram sententiam priori sententiae opposuerit, an prioris sententiae affirmativae argumentum ex analogia versus Ph. 209 modo exscripti iteraverit

forma negativa adhibita.[1]) Attamen manifestum est non esse iustam nisi alteramutram cujusque loci interpretationem, aut copulativam aut adversativam, idque, quod Hartung[1]) dicit, ad unam formam sententiarum pertinere, qua dijudicari nequeat, quae vis particulae tribuenda sit.

At alia res est, ubi a forma sententiarum ad ipsas sententias nos contulimus et mentem scriptoris assequi conamur; latet enim aliquid, quo commotus Sophocles alteram sententiam opponendo adjunxerit et indagari potest hujus rei causa.

Etenim versibus

El. 997 γυνὴ μὲν οὐδ' ἀνὴρ ἔφυς
Tr. 474 πᾶν σοι φράσω τἀληθὲς οὐδὲ κρύψομαι

negationem, quae inest particulae οὐδὲ vi efferendam esse sentimus et justas esse interpretationes: mulier es, nón vir; dicam, nón celabo te verum.

At sensum, quem Sophocles Ph. 209 efficere voluit, assequemur, si alteram sententiam sine ullo negationis accentu priori leviter annectimus veluti: accidit ad me sonitus cujusdam laborioso incessu ingredientis, gravis viri fatigati vox me non fugit.

Quae diversa ejusdem, ut videtur, conditionis locorum interpretatio docet, poetam Ph. 209 non multum tribuisse negationi, quae inest particulae, voluisse acuta voce negationem El. 997 et Tr. 474 pronuntiari et alteram sententiam priori sententiae opponi. Nam non est ea locorum ratio, ut bis audiamus Electram feminam esse, Licham vera dicturum esse, sed omnis vis in altera sententia posita est, qua Electram virum non esse, Licham falsa dicturum non esse efficitur. Electra enim cum aperuerit consilium de nece Aegistho inferenda a se captum, animum viro dignum praestiterat atque adeo dum proloquitur quid ageret feminae naturam atque vires supersilierat, ut sui generis immemor fuisse sorori videretur. Hoc jure Chrysothemis Electrae quasi παρ' ἐλπίδα in memoriam revocat οὐκ ἔφυς ἀνήρ. Item Dejanira, quae jam antea (229—328) cum Licha collocuta erat, propter hoc ipsum colloquium exspectare debebat, fore ut Lichas nunc quoque vera se ipsam celaret, eamque ob rem Lichas apte respondet „ne putaveris me ut priore colloquio ita nunc quoque te decepturum esse, immo vera nunc tibi dicam".

Itaque apparet qua causa commota Crysothemis οὐκ ἔφυς ἀνήρ, Lichas οὐ κρύψομαι τἀληθὲς affirmativae ejusdem argumenti sententiae

[1]) cf. Hartung: Partikeln d. griech. Sprache 1, 204 „indem der Gebrauch der Partikel oft eben sowohl zur adversativen als zur cogulativen Bedeutung gerechnet werden kann, wie z. B. wenn zu einem positiven (!) Begriffe sein Gegenteil negativ hinzugefügt wird.

annectant nec minus cur particulam οὐδέ elata voce pronuntiatam esse putemus; poeta scilicet eum sensum efficere voluit, quem circumscribere licet „non, ut ex eis quae modo locuta es colligendum esse videtur, non, ut pro eis quae antea dixi, conjicies.“

Sermo graecus duas voces (τύχη et ἐλπίς cf. Tr. 724) praebet, quae illustrant rationem inter priorem et alteram sententiam intercedentem. exspectare (ἐλπίς) enim licuit ex eis, quae Electra modo locuta erat, virum eam esse muliebriter vestitum, et Dejanira exspectare (ἐλπίς) debebat, Licham ut antea ita nunc quoque vera celaturum esse; nec vero accidit quod exspectatur, sed παρ' ἐλπίδα ἡ τύχη ludit.

Cui sententiarum oppositarum rationi, vocibus ἐλπίς et τύχη illustratae, omnes loci oboediunt, quorum particulam οὐδέ jure adversativam statuimus. cf. locos

O. R. 249	πρὸς τῆς τύχης ὄλωλεν οὐδὲ τοῦδ' ὕπο
El. 229	κατ' οἶκον ἡδὺς οὐδὲ μητρὶ δυσμενής [1])

patrem Oidipodis, quamquam oraculum datum erat, eum filii manu moriturum esse et Oedipus valde metuebat (ἐλπίς) ne oraculum fugere non posset, πρὸς τῆς τύχης mortuum esse, et nuntium de Orestis morte, quamquam natura flagitat, ut Clytaemnestra mater eo nuntio valde affligatur, gratissimum esse μητρὶ ἀμήτορι comperimus.

Sermo graecus alterum eum oppositionis modum praebet, qui mutato ordine priori sententiae negativae alteram affirmativam voce ἀλλὰ opponit cf.

O. R. 856	καίτοι νιν οὐ κεῖνός γ' ὁ δυστηνός ποτε
	κατέκταν', ἀλλ' αὐτὸς πάροιθεν ὤλετο
Ai. 1113	οὐ γάρ τι τῆς σῆς εἵνεκ' ἐστρατεύσατο
	γυναικός, ὥσπερ οἱ πόνου πολλοῦ πλέῳ
	ἀλλ' εἵνεχ' ὅρκων οἷσιν ἦν ἐνώμοτος.

qui loci priore sententia negatum exhibent id quod exspectabatur; veluti Oedipus ex Pythiae oraculo metuerat, ne patrem interficeret et Agamemno putaverat, Aicem Helenae causa in bellum profectum esse; cum altera sententia id praebeat, quod contra spem vel inexspectatum accidit; nam contra Oidipodis exspectationem pater fato mortem obiit neque minus contra Agamemnonis exspectationem Aiax non alia de causa nisi quia jurejurando se obstrinxerat ad bellum Troicum profectus erat.

Itaque id est inter ambos oppositionis modos discrimen, ut quod hic priore sententia contra spem non accidisse contenditur, id illic altera sententia addatur, cum prior istius modi sententia praebeat, quod hic altera sententia continetur.

[1]) sic Wilamowitz Heracl. v. 238 pro tradito δυσχερής.

En adest, ni fallor, quo certissimo indicio dijudicari possit, utrum particula οὐδέ post affirmativam sententiam oppositionis an copulationis signum sit; neque desideratur quod Hartung desideravit (cf. ann. p. 15) neque vim opponentem particulae tribuemus nisi ubi sententiae mutato ordine particulis οὐκ-ἀλλά conjungi possunt.

Negatio acuta voce pronuntiatur eo sensu, quem circumscribimus „non ut exspectabatur, non, ut conjicere licuit“

Ai. 1384. [1])
El. 231, 629, 929, 997, 1046, 1359.
O. R. 367, 398, 949, 1039, 1290, 1434.
Ant. 291, 492, 532, 1269.
Tr. 225, 474.
Ph. 995, 1117.
O. C. 996, 770.
frg. 603, 720.1.

Ellendt, ratus particulam οὐδὲ non nisi praemissa sententia negativa rationis copulativae signum esse, sentiens tamen, particulam

Ai. 223	οἵαν ἐδήλωσας ἀγγελίαν
	ἄτλατον οὐδὲ φευκτάν

notioni ἄτλατον notionem οὐ φευκτάν adjungere, ἀ privativum cum mera negatione aequavit atque eam inde legem derivavit, ut particula, ubi praecedat vox ab ἀ privativo composita propter ipsum ἀ priv. copulationis signum sit.

Non negavi in praefatione neque vi copulativa particulam loco exscripto praeditam esse, neque tribuendum esse ἀ privativo id, quod notionem negatam οὐ φευκτάν copulando adjungi sinit, opinor tamen Ellendtium legem inde statuisse quae omnino non est lex.

Nam etsi voces veluti ἀ—ληθής ἀ—σφαλής fronte impressum praeferunt signum, quo indicatur, eas a negatis verbis finitis λανθάνειν, σφάλλειν originem traxisse, tamen adeo coierunt ambo istarum vocum elementa, ut suam utraque vox propriam notionem efficiat atque ratio, quae inter negativam formam vocum ἀ ληθής ἀ σφαλής et notionem, sub ista forma latentem, intercedat, illustretur aliquo modo figura, quam rhetores antiphrasin vel λιτότητα dicunt, qua fit, ut legentes e. g. „non pauci“ de multis cogitemus.

Neque vero ne ipse Ellendt quidem propositae suae de ἀ privativo legi magnam fidem tribuit eliciens vim copulativam e particula novem locorum, contra particulae vim adversativam tribuens

[1]) locos exscriptos praebet tabula II dissertationi affixa.

O. C. 1274 ἀλλ᾽ ἀτιμάσας
πέμψεις ἄναυδος οὐδ᾽ ἃ μηνίεις φράσας
El. 1046 καί τοῦτ᾽ ἀληθὲς οὐδὲ βουλεύσῃ πάλιν;
O. R. 635 τί τὴν ἄβουλον, ὦ ταλαίπωροι, στάσιν
γλώσσης ἐπήρασθ᾽ οὐδ᾽ ἐπαισχύνεσθε

Facile apparet, quae res virum doctum commoverit, ut suam de ἀ priv. legem ferret; legentibus e. g.

Δίκας ἀφόβητος οὐδὲ δαιμόνων ἕδη
σέβων (O. R. 885)
στυφλὸς δὲ γῆ
καὶ χέρσος ἄρρωξ οὐδ᾽ ἐπημαξευμένη
τροχοῖσιν (Ant. 251)

ultro occurrit interpretatio latina „non metuens Iustitiam neque venerans deorum sedes“ „non fracta neque orbitis incisa“, quo factum esse videtur, ut Ellendt ἀ privativum merae negationi aequans, particulae οὐδέ eandem post ἀ privativum vim tribueret, quam post negationem exhibere solet. At fugit virum doctum, si ista interpretatione usus est, vocibus graecis ab ἀ priv. compositis voces latinas ab in — compositas (in-tactus, in-auditus) respondere, neque licuit ex interpretatione vicaria legem ferre, quae omnino non est lex. Immo sententiae, quibus inest vox ab ἀ priv. composita, in sententiis affirmativis numerandae sunt neque ἀ privativum istarum vocum, ut suae sententiae verbum finitum non negat, ita sequentis vocis οὐδέ vim copulativam ullo modo praeparat (cf. praef.). Itaque ei loci, quibus dubitari nequit, quin vis copulativa e particula οὐδέ post vocem ab ἀ priv. compositam elicienda sit, (Ph. 856 Ai. 223) in eis potius locis numerandi sunt, quibus οὐδέ post affirmativam sententiam vi copulativa praedita est.

At ut Ellendt, ingenio potius quam lege sua ductus
vv. O. C. 1274 ἀλλ᾽ ἀτιμάσας
πέμψεις ἄναυδος οὐδ᾽ ἃ μηνίεις φράσας
El. 1046 καὶ τοῦτ᾽ ἀληθὲς οὐδὲ βουλεύσῃ πάλιν

ordini adversativo recte tribuit — nam Polynices speraverat (ἐλπίς) Oedipum patrem dicturum esse cur irascatur; Chrysothemis sperat Electram sororem denuo deliberaturam esse suum de Aigistho necando consilium (de versu O. R. 635 vid. cap. VI) —

ita Ant. 251 στυφλὸς δὲ γῆ
καὶ χέρσος ἄρρωξ οὐδ᾽ ἐπημαξευμένη
τρόχοισιν, ἀλλ᾽ ἄσημος οὑργάτης τις ἦν
O. R. 885 εἰ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν ἢ
λόγῳ πορεύεται Δίκας ἀφόβητος
οὐδὲ δαιμόνων ἕδη σέβων

Ph. 2 ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιρρύτου χθονός
Λήμνου, βροτοῖς ἄστειπτος οὐδ᾽ οἰκουμένη
O. C. 39 Ο. τίς δ᾽ ἔσθ᾽ ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;
Ξ. ἄθικτος οὐδ᾽ οἰκητός

negationi versus Antigonei vim tribuimus propter sequentis vocis ἀλλ᾽ oppositionem neque falso interpretabimur languide atque sine nervis notiones ἀφόβητος, ἄστειπτος, ἄθικτος vocibus οὐ δαιμόνων ἕδη σέβων, οὐκ οἰκουμένη, οὐκ οἰκητός repeti, acrius atque fervidius orationem progredi, si altera notio priori notioni opposita sit; nam adeo Athenienses deos venerabantur, ut vix exspectari (ἐλπίς) posset, esse qui eos neglegeret; neque Ulixes Neoptolemum certiorem fecisset de Lemno insula, hominibus orba, nisi putasset Neoptolemo persuasum esse (ἐλπίς) Lemnum, ceterarum insularum instar ab hominibus habitatam atque excultam esse; denique Oedipus nescit, ubi sit (v. 1. τίνας χώρους ἀφίγμεθ᾽ . . .) et παρ᾽ ἐλπίδα certior fit, sacrum lucum se intrasse. Itaque chorus contra Atheniensium exspectationem fingit esse qui deos neglegat, Neoptolemus Lemnum, Oedipus lucum, in quo ex laboribus conquiescit, inhabitabilem esse contra suam uterque spem percipit.

V.

Duo exstant versus Sophoclei, quibus particula aliquam oppositionem indicari sentimus, diversi a locis modo tractatis. Nam

El. 132 οἶδά τε καὶ ξυνίημι τάδ᾽, οὔ τί με
φυγγάνει, οὐδ᾽ ἐθέλω προλιπεῖν τόδε,
μὴ οὐ τὸν ἐμὸν στενάχειν πατέρ᾽ ἄθλιον
O. R. 452 ὃν πάλαι
ζητεῖς ἀπειλῶν κἀνακηρύσσων φόνον
τὸν Λαΐειον, οὗτός ἐστιν ἐνθάδε
ξένος λόγῳ μέτοικος, εἶτα δ᾽ ἐγγενὴς
φανήσεται Θηβαῖος, οὐδ᾽ ἡσθήσεται
τῇ ξυμφορᾷ

ea priori cum sequenti sententia ratio intercedit, ut posterior priorem non tollat, sed restringat vel resecet.[1]) Quae restringendi vis in eo posita est, ut quod altera sententia restringitur, id priore sententia aliquo modo contineatur, aut contineri putetur. Amicae enim, quae ut Electram consolentur adveniunt, non venissent nisi putassent, Electram grato animo ipsarum consolatione usuram esse. Hoc jure

[1]) Kühner l. l. § 526. Das Verhältniss ist von der Art, dass der im beigeordneten Satze ausgesprochene Gedanke den im vorhergehenden ausgesprochenen Gedanken ... blos beschränkt .... er ist zwar arm aber brav.

amicae, auditis Electrae verbis: scio vos ut me consolemini advenisse: exspectant eam sic continuaturam esse sermonem: et grato animo consolatione vestra utar: contra Electra se amicarum consolatione uti nolle dicit. Itaque altera sententia id esse negatur quod futurum esse priore sententia pronuntiata exspectatur.

Simili modo exspectatur, summo gaudio eum affectum iri, qui ex humili metoeci vel peregrini loco ad civitatem evehatur; cui exspectationi latenti opponitur οὐδ' ἡσθήσεται. Itaque hunc habemus sententiarum nexum: scio quidem vos ut me consolaremini advenisse, neque vero (ἀλλ' οὐ) consolatione opus est; ingenuum se Thebanum esse audiet, neque vero (ἀλλ' οὐ) ea de re laetabitur.

VI.

Non est cur iterum defendam vim copulativam particulae

O. R. 871 μέγας ἐν τούτοις θεὸς οὐδὲ γηράσκει

(cf. praef. et cap. IV), nam nemo profecto eum inde eliciet sensum quem efficiunt οὐ γηράσκει θεὸς ἀλλὰ μέγας ἐστίν, sed et potestas et aeternitas Jovis praedicatur. Item

Ai. 223 οἵαν ἐδήλωσας ἀγγελίαν
ἄτλατον οὐδὲ φευκτάν
(cf. praef.)

O. R. 731 ηὐδᾶτο γὰρ τοῦτ' οὐδέ πω λήξαντ' ἔχει

O. C. 1707 κοίταν ἔχει νέρθεν εὐσκίαστον αἰὲν
οὐδὲ πένθος ἔλιπ' ἄκλαυτον

O. C. 663 μακρὸν τὸ δεῦρο πέλαγος οὐδὲ πλώσιμον

O. C. 685 θάλλει ὁ νάρκισσος . . οὐδ' ἄυπνοι
κρῆναι μινύθουσιν

duae notiones sive sententiae aequales particula οὐδέ conjunguntur non praemissa negatione. [1])

Parvo momento alia est conditio locorum

Ai. 1307 οὓς νῦν σὺ τοιοῖσδ' ἐν πόνοισι κειμένους
ὠθεῖς ἀθάπτους οὐδ' ἐπαισχύνει λέγων [2])

O. R. 635 τί τὴν ἄβουλον, ὦ ταλαίπωροι, στάσιν
γλώσσης ἐπήρασθ' οὐδ' ἐπαισχύνεσθε γῆς
οὕτω νοσούσης ἴδια κινοῦντες κακά;

[1]) in memoriam revocat hic particulae οὐδέ usus eum particulae latinae „neque" usum, quem e. g. Ov. Her. 12, 33 praebet: et vidi et perii nec notis ignibus arsi. ubi negatio, quae particulae „nec" inest unam cum voce „notis" notionem facit (ignotis).

[2]) cf. praef.

Ph. 929 οἶ' ἠπάτηκας οὐδ' ἐπαισχύνῃ μ' ὁρῶν
τὸν προστρόπαιον

cf. Aesch. Septem 1013
ἐγώ σφε θάψω κἀνὰ κίνδυνον βαλῶ
θάψασ' ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν οὐδ' αἰσχύνομαι
ἔχουσ' ἄπιστον τήνδ' ἀναρχίαν πόλει

quibus ea similitudo intercedit, ut et sententia affirmativa particulae praecedat, et idem subjectum sit utriusque sententiae et idem verbum ἐπαισχύνομαι participio auctum (ὁρῶν, κινοῦντες, λέγων) inferatur; accedit, quod priore quaque sententia de aliqua actione agitur, atque id ipsum, quod actum est ei qui egerit opprobrio datur; ita Philoctetes Neoptolemum quod ipsum fefellerit, Jocaste Oedipum et Creontem quod certamen linguae instituerint, Teucer Agamemnonem quod Aiacem insepultum rejecerit objurgant. neque vero propter ipsam solum actionem objurgantur Neoptolemus, Oedipus et Creon, Agamemno, sed etiam propter eum animi affectum, qui actionem illam comitata vel subsecuta sit; nam cum actiones istae ejusmodi fuisse videantur Philoctetae, Jocastae, Teucro, ut summus auctoris pudor eas sequi debuerit, tamen Neoptolemus, Oedipus et Creon, Teucer omnem pudorem exuisse videntur neque ullo peccati dolore mordentur. Itaque duae res Neoptolemo, duae Oedipodi et Creonti, duae Agamemnoni opprobrio dantur, et quod fefellerit Philoctetam, moverint certamen linguae, insepultum Aiacem rejecerint, et quod nullum fallaciae, nullum certaminis, nullum impietatis pudorem prodant. Quae duae res ad ampliorem notionem sine pudore fallendi, sine pudore certamen linguae movendi, sine pudore rejiciendi contrahere licet, unde apparet, particulam οὐδέ non duas sententias aequales conjungere, sed duas sententias, quarum altera eodem modo priori supplendae servit, quo e. g. notio fallendi amplior fit addito adverbio „sine pudore".

Eodem modo

Ant. 598 ἀλλ' ἐρείπει θεῶν τις οὐδ' ἔχει λύσιν

O. C. 1608 ἐς δὲ γούνατα
πατρὸς πεσοῦσ' ἔκλαιον οὐδ' ἀνίεσαν
στέρνων ἀραγμοὺς

fr. 147.2 ἀλλ' ἀμφὶ θυμὸν τὸν κάκοσμον οὐράνην
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτεν

notiones funditus delendi, vehementissime flendi, bene jaciendi ad duas enuntiationes dispertitae exornantur; neque

O. R. 170 νοσεῖ δέ μοι πρόπας στόλος οὐδ' ἔνι
φροντίδος ἔγχος ᾧ τις ἀλέξεται

Th. 856 ἀνὴρ δ' ἀνόμματος οὐδ' ἔχων ἀρωγόν

Ant. 261 — κἂν ἐγίγνετο
πληγὴ τελευτῶσ' οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν

Ant. 596 — ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων
ὁρῶμαι πήματα .....
οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος

El. 1197 — Η. μήτηρ καλεῖται, μητρὶ δ' οὐδὲν ἐξισοῖ.
Ο. τί δρῶσα; πότερα χερσὶν ἢ λύμῃ βίου:
Η. καὶ χερσὶ καὶ λύμαισι καὶ πᾶσιν κακοῖς.
Ο. οὐδ' οὑπαρήξων οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν;

calamitati, de qua priore sententia agitur (e. c. O. R. 170 νοσεῖ) altera calamitas adjungitur, sed ea, quae οὐδέ infert, istius calamitatis magnitudinem pingunt: veluti sententia „populus vexatur morbo insanabili (O. R. 170)“ ita distrahitur, ut morbo eum vexari verbis νοσεῖ δέ μοι πρόπας στόλος, significetur, insanabilem esse morbum reliquis verbis addatur.

Itaque id quod priorem sententiam subsequitur, ei aequatum non est nisi forma, dignitate inferius est. Quae sententiarum ratio, illustratur e. c. Ant. 596 pronomine relativo, quo particulae vim adjunctivam interpretari licet; πήματα ὧν οὐκ ἀπαλλάσσει. nos: ohne zu, und zwar ohne zu.

His locis addidissem

Ph. 167 — δῆλον ἔμοιγ' ὡς φορβῆς χρείᾳ
στίβον ὀγμεύει τῇδε πέλας που
ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν
λόγος ἐστὶ φύσιν. θηροβολοῦντα
πτηνοῖς ἰοῖς σμυγερὸν σμυγερῶς
οὐδέ τιν' αὐτῷ
παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν.

nisi verba οὐδέ τιν' αὐτῷ spuria esse putarem. Non mihi persuaserunt interpretes, vim intransitivam accedendi verbo ἐπινωμᾶν inesse posse, neque ullum locum inveni, qui hanc interpretationem probaret. Ac ne ea quidem arrident, quae Godofr. Hermannus ad versum adnotavit „verba οὐδέ τιν' αὐτῷ desunt in cod. Flor. (77) quod ferri posset, ea interpunctione, quae in editt. antiquis est, quae non incidentes post στυγερῶς (σμυγερὸν σμυγερῶς ex conj. Brunckii) comma habent post φύσιν, hoc sensu: sic enim vivere eum ajunt: „feras scilicet sagittis suis interficientem, miserum misere medicum malorum quaerere. Sed malis tamen, non famem solum, sed etiam morbum commemorari“. Non enim video qua causa commotus Neoptolemus dixerit medicum malorum desiderari ubi suam de Philoctete in propinquo circumvagante opinionem argumento confirmare vult. Quid? num recte procedit argumentatio: Philoctetem alicubi in propinquo ut cibum

sibi quaerat circumvagari puto, dicunt enim eum et feras sagittis interficere et medicum malorum desiderare? Contra bene, ni fallor, res ita procedit: Philoctetem ..... circumvagari puto, dicunt enim eum feras sagittis interficientem se malis levare. Accedit quod hac interpretatione adhibita bene conjunguntur θηροβολοῦντα ἐπινωμᾶν, nam servato librorum praeter Florentinum additamento οὐδέ τιν' αὐτῷ participium θηροβολοῦντα pro infinitivo adhibitum non video quomodo ferri possit.

VII.

Eis locis, qui obiter intuenti particulam οὐδέ adversativam exhibere videntur non conformati ad eam rationem, quam supra (cap. IV) notionum ἐλπίς et τύχη exemplo usus exposui, poeta sententiam negativam, quasi rem accuratius illustret et ad eam forma negativa orationis propius pertineat, praemissae sententiae affirmativae interpretandi causa adjungit (cf. cap. II)

Ph. 207 — βάλλει βάλλει μέ τοι
φθογγά του στίβον κατ' ἀνάγκαν
ἕρποντος, οὐδέ με λάθει
βαρεῖα τηλόθεν αὐδὰ τρυσάνωρ[1])

Ai. 676 — ἠδ' ὁ παγκρατὴς ὕπνος
λύει πεδήσας, οὐδ' ἀεὶ λαβὼν ἔχει

Tr. 216 — ἀείρομαι οὐδ' ἀπώσομαι τὸν αὐλὸν

Tr. 1083 — ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως ὅδ' αὖ
διῇξε πλευρῶν οὐδ' ἀγύμναστόν μ' ἐᾶν
ἔοικεν ἡ τάλαινα διάβορος νόσος

O. C. 124 — πλανάτης τις ὁ πρέσβυς οὐδ' ἔγχωρος

O. C. 1622 — ὡς δὲ πρὸς τέλος
γόων ἀφίκοντ' οὐδ' ἔτ' ὠρώρει βοή

O. C. 1653 — ἔπειτα μέντοι βαιὸν οὐδὲ σὺν χρόνῳ
ὁρῶμεν αὐτὸν γῆν τε προσκυνοῦνθ'

O. R. 367 — λεληθέναι σε φημὶ σὺν τοῖς φιλτάτοις
αἴσχισθ' ὁμιλοῦντ' οὐδ' ὁρᾶν ἵν' εἶ κακοῦ

O. R. 868 — ὧν Ὄλυμπος
πατὴρ μόνος οὐδέ νιν
θνατὰ φύσις ἀνέρων ἔτικτεν

